PLATO. ARISTOTELES
Entstehungsort unbestimmt (Tirol?), 3. Viertel 15. Jh. Seite 122v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35041
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



Verū belli causa ac facilioris anime conuersionis ex
generatione ad veritatem prodeuntis ac substanciam
Gla Optime inquit ais So At hoc dicto de numerum
disciplina nunc maxime considero quam ingenua ea sit
et multifarieque ad id quod volumus vtilis appareat si
quidem intelligendi causa non mercandi quispiam illam
exercuerit Gla Quonam inquis modo So Quia vt
prius dicebamus animam ad superiora maxime euehit
nullatenus admittens si quis visibia sibi corpora
aut tangibilia numeros habentia velit allegare
Nosti quippe hos nasos et acutos si quis ipsis vni
tate sermone diuidere conetur irridere neque vllatenus
admittere quinimo si forte diuiseris multiplicare am
plius verentes ne vnum non vnum sed multe partes vide
antur esse Gla Verissime dicis inquit So Quid
igitur o glauco reris inquam si quis eos hoc modo ro
get de quibus numeris o admirabiles verba facitis in
quibus est vnum quale vos ponitis equale que quodcumque
quodlibet neque minime quid differens parte que in se
nullam habens quid ipsos credis responsuros Gla Hoc
inquit quod de hiis consueuere de quibus solum cogitare
licet ~~vides igitur amice nec aliter potis est~~ nec aliter
potis est quisquam pertractare So Vides igitur amice hanc
vel precipue necessariam nobis fore disciplinam cum in te
llectu ipso animam ad veritatem vti cogit Gla Hoc in
quit vel in primis solet facere So Nunquid hoc etiam
animaduertisti inquam eos qui a natura arithmetici
sunt ad omnes fere disciplinas acuciores apparere
qui autem in genio ebeciores fuerint si in hac erudiuntur
conuersentur que et si nichil amplius vtilitatis asseq
uantur se ipsis tamen ingeniosiores effici solere Gla
Sic est inquit So Que enim difficiliorem ~~ad~~ ~~[illegible]~~